

panis ego sum, non *optimus* tantum, vt plerique το ζων vertunt, sed *saluberrimus* etiam ad vitae conseruationem, ita, vt ζων, iecte monente ad h. l. b. HEVMANNO, idem sit ac ζωποιων, quemadmodum το ζων ex vſu hebr. το η̄ de vitae conseruatione et restitutione haud raro adhibetur, Esa. XXXVIII. 1. 2 Reg VIII. 8. 9. Math. IX. 28. Sic υδωρ ζων Ioh IV. 10. mihi quidem videtur esse aqua salutaris, ad vitam valens et valetudinem. Atque sic pariter Christus est αρτος ζων, cibus, qui vitam efficit sempiternam, ita, vt qui eo vescatur; εαν τις Φαγη εκ των των αρτων, ζητεται εις τον αιωνα, corporis mentisque vitam consequatur aeternam. Cibus autem ille non est tantum Christi, de qua haec tenus dixit, doctrina, sed singularis aliquis, quem nunc primum incipit promittere, *) animi viatus, quem nondum huc usque dedit, sed futuro demum tempore dare constituit, και ο αρτος δε ον εγω δωσω, ipsa nimurum caro eius, quam pro redimenda omnibus vita breui volebat ad supplicium tradere: η σαρξ μας εστιν, ην εγω δωσω υπερ της των κοσμυν ζωης.

Nouum utique hoc erat Iudeis, ipsisque haec tenus inauditum Christi discipulis. Quare mirum non est, quod certamine inter se ambigere coeperunt et disceptare v. 52. εμαχοντο προς αλληλους, quo sensu hoc esset intelligendum, quaque fieri posset ratione, vt suam ipse sibi carnem daret comedendam? πως δυναται γτος ημιν δεναι την σαρκα Φαγειν; Adhuc enim, vt inde iam a primis christianaे religionis temporibus, ea de re, quo sensu, siue proprio, siue tropico, haec dictio sit intelligenda, fuit disputatum, et adhuc sub iudice lis est, variaeque sunt interpretum opinones, quibus autem recensendis nec opus est immorari, nec huic instituto conueniens. Ipsam potius veram Christi sententiam ex vſu linguae inuestigabimus, in Apostolorum scriptis obvio, qui optime sine dubio eius intelligere mentem didicerunt, eiusque tutissimi sunt interpretes. Solent autem illi carnis nomine humanam plerumque naturam significare, eiusque in primis sortem externam et miseram, imbecillitatem corporis et fragilitatem, variis obnoxiam aerumnis, tandemque morti et destructioni. His igitur humanae naturae, quibus ob peccati contagium subiecta est, malis, cum se Christus ipse, expiandae culpae eius et

cor-

*) Idque non accurate satis animaduertit Ven. TELLERVS Onomast. Voc. Gleisch, ubi p. 150. utramque dictiōnem: *Christum panis instar comedere*, et alteram illam: *eius carnem edere*, quam dabit pro vita mundi, eodem sensu accipit: ihr sollt von selbst verstehen, daß ich meine Lehren und Anweisungen zum Guten meine, die sind, die eigentlich diese Früchte schaffen.